



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Franciscus De Paula. 2. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

2. April. VITÆ SANCTORUM. 213

Facebat ab ore Militis Christi omnis vanorumoris ineptia, & lingua, quæ immaculati Agni, imo summi Verbi rubet sanguine, deditur otiosi sermonis se se faciebus inquinare. S. P. Damian. l. 6. Ep. 26.

S. FRANCISCUS DE PAULA.

2. Aprilis.

FRANCISCUS DE PAULA decimo tertio ætatis anno, à parentibus ex voto sancto Francisco consecratus, monente Deo, novam Religionis familiam Minimorum nuncupandam condidit. Piorum ope ædiculam sacram molientem sanctus Franciscus monuit, ut angustiis illis prolati, ampliorem faceret: impensas causantem fidere Deo jussit; muris ergo dejectis, mox ab homine copioso magnam vim auri in opus accepit. Cùm virtutibus omnibus abundaret, ardebat tamen charitate maximè, quæ ad illum cælo defluxit globo igneo inscripta, ejus tessera futura & Ordinis insigne. Ea flamma cùm totum hominem corripuisse, nihil mirum est, ardentes deinde titiones impunè tractasse, subiisse caminos, cibos quin adeò absque foco solâ Charitatis flammâ percoxisse: sed animos hominum eodem incendio ambussit, & extremis odiis dissidentes non alio ferrumine colligavit, artificiosus in miracula sancti Amoris.

O 3

Ut

214 VITÆ SANCTORUM. 2. April.
Ut cum fratribus duobus pomiferæ arbo-
ris causâ inimicitias inter se alentibus,
arborem diffilire medium jussit, neuter
ut uno pomo esset ditior; vel cum pau-
perum cauſam apud Regem aucturus,
nummum aureum inter digitos diffregit,
ex quo cum sanguis copiosè manaret, in-
opum eum esse dixit, qui acerbis ex-
actionibus exigerentur. Hâc denique vir-
tute ad cælum subvectus est anno
M. D. VII. cādem fiduciâ aërem transvo-
lans, quâ olim mare pallio suo instra-
tum enavigavit. Ex vita.

Quām pulchrum est, quām decorum,
vulnus à Charitate accipere. Alius jacu-
lum carni amoris accepit, alius terreno cu-
pidine vulneratus est; nuda pectus tuum,
O præte jaculoformoso; siquidem Deus
sagittarius est. Orig. hom. 2. in Cant.

S. GENOFEFA PALATINA. 2. April.

GENOFFA Brabantiae Ducis F. Si-
fridi Comitis Palatini conjux, post
votum DEIPARÆ factum filium enixa
est, id temporis Sifrido in Syriâ agente.
Interea Golo, qui pro Duca Rempub. ad-
ministrabat, cùm pudicitiam sàpe sa-
pius GENOFFÆ necquicquam tentasset,
ut scelus scelere tegeret, apud reducem
Principem in suspicionem eam adduxit,
ac si alieno ex toro filium sustulisset. Ma-
ritus continuò crimen cùm matre & pue-
ro